Et quæ deinceps ſequuntur, βινεῖ itaq; cum ſit tertia perſona à uerbo βινέω, ſignificat quod nos uerecundius dicimus, liberis procreandis dat operam, ſeu rem habet cum fœmina, Verum hodie hæc duo diſtinguūt pronunciatio, ut bini dicas latine, nō ſic βινεῖ bini græce, ſed fermè uini, Venit autem in mentem quàm inani opera hæc præcipiantur apud eos qui inter f & u cōſonantem nullam obſeruant in pronunciando differētiam, ut nequeant lenius primam dicere nominis ueritas quàm feritas, ſed quid hæc cōmemoro? cum alia infinita ſint quæ uicioſe proferunt, ueluti pro Chriſtus, quaſi dicunt Chriſtthus & alia innumera id genus.

	γ		ἄγγελος	angelus
γ ante	ξ	uim habet	λύγξ	lynx
	χ	ν ut	ἐγχειρίδιον	enchiridion
	κ		ἀνάγκη	anangi ubi κ

(uim habet γ propter præcedens γ

θ a τ quidē incipit ſed in ſibilū anſerinū fermè expirat

		β	
κ	ν ante	μ	in compoſita dictione in μ mutatur
		π	ante λ uero in λ ipſum.

π præcedente μ uim habet b ut πέμπω Pembo

τ præcedente ν uim habet d ut συντήρησις Syndiriſis

Sic (inquam) græce profertur, nō tamen noſtris recte per d ſcribitur, longius enim aberratur ab analogia.